



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. VI. De Iuramentis licitis, quæ observari debent, & obligant, donec relaxentur, & jurans ab iis absolvatur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

tum non sit vinculum iniquitatis, neque opus est absolute à tali iuramento, cum nullam pariat obligationem; & hinc iuramentum Principis de servanda moneta cusa, quam tempore editi iuramenti scite in legitimo pondere esse vitiatam, illicitum est, & non servandum. Si verò ignoravit, monetam illam falsam esse, cum iuravit, iuramentum, quo potest modo, aliam scilicet monetam probam, aut aliud æquivalens substituendo servari debet, ut patet ex *c. Quanto* 18. *h. t.* Secundò non valet iuramentum Prælati de non repetendis rebus, seu bonis Ecclesiæ per vim injustam ablati. *c. Pervenit* 2. *h. t.* neque valet iuramentum Regis, qui bona ac jura ad Coronam pertinentia alienans jurat, ea se non repetiturum *c. Intellecto* 33. *h. t.* neque obligat iuramentum, quo Prælati iuravit, servaturum se aliqua, quæ in Episcopalis Dignitatis, Potestatis, aut Prælaturæ præjudicium vergunt, prout sumitur ex *c. Sicut Nostri* 27. *h. t.* Tertio non obligat iuramentum Patronis ad beneficia presentantibus factum, de antiquo censu, sive pensione augenda. *c. Prohibemus* 7. de censibus *et c. Gravis* 15. *in c. Glossa V. absolvi Eodem et c. Tua Nos* 12. *h. t.* Quartò non obligat iuramentum Religiosi jurantis, se cum aliis in Monasterio, in quo professus est, non permanfurum. *c. Sicut* 13. *h. t.* neque filii aut aliarum personarum conjunctarum, de non loquendo Patri, aut Matri, aut aliis sanguine junctis, aut de non submittendo his necessaria subsidia, prout possunt, & debent *c. Cum quidam* 12. *h. t.* Illi verò *h. t.* Quinò non obligat iuramentum fidelitatis præstitum illi, cui

Pirhing. C. compend.

non debet præstari, si tamen contrarietur ei, quod alteri jurans præstare debuisse. *c. Eate* 22. *h. t.* Sextò denique non obligat iuramentum, quod quis fecit, de re aliqua sibi sub secreto commissa, non revelanda, si legitime in testem productus hic, qui iuravit, à iudice interrogetur, cum ex diversis rationibus hæc omnia iuramenta illicita sint.

§. V.

De quibusdam Juramentis illicitis, quæ inter Conjuges edisoleant.

Primo si Conjuges temerè & sine justa ac honesta causa ex odio v. g. aut vindictæ alicujus cupidine, non tamen pietatis, ac continentiæ amore iuramentum faciant, debitum conjugale sibi invicem non reddendi, nec petendi, & perpetuam separationem servandi quoad thorum, non est obligatorium iuramentum tale *c. Tua Nos* 24. *h. t.* Secundò si Maritus Uxori iuramento promittat, quòd non sit de illo crimine committendo eam accusaturus, nihil obligat tale iuramentum *c. Quemadmodum* 25. *h. t.* Tertio non probat iuramentum contractum inter aliquos Matrimonium, quamvis ab uno eorum contractum tale fuisse iuret. *c. Mulier* 34. *h. t.* Cum etiam hæc iuramenta vel sint illicita, vel temeraria, vel ad cavendas multas fraudes nihil probantia.

§. VI.

De iuramentis licitis, quæ observari debent, & obligant, donec relaxentur, & jurans ab eis absolvatur.

Generalis regula est, quòd iuramentum observandum sit, & obliget, si

XX

non

non vergat in interitum & dispendium æternæ salutis, neque in alterius redundet præjudicium. *c. Si verò 8. c. Cum contingat 2 8. h. t. §. c. Quamvis 2. de peccatis in 6.* Ita ut qui, sine impedimento aliquo necessario, sed ex spontanea tantum libertate illud non observat, perjurii reus habeatur, *c. Querelam 10. h. t. c. Cum quidam 12. Eodem*; Et qui post electionem suam ad Prælaturam aliquam, pro obtinenda confirmatione post Juramentum calumniæ v. g. vel veritatis præstitum, positiones aut responsiones manifestè contrarias affert, à confirmatione, & jure electionis repelli debeat tanquam perjurus, cum justam causam nullam habeat, talia contraria producendi *c. Cum in positionibus. 3. h. t. in 6.*

§. VII.

An, & quâ ratione obliget juramentum de solvendis usuris, vel solutis non repetendis.

Inter juramenta, quæ ex parte recipientis tantum turpitudinem continent, non tamen ex parte jurantis, est juramentum de usuris solvendis, ad quod observandum, non quidem ex obligatione iustitiæ, sed in reverentiam Divini Nominis, quod jurando solutionem interposuerunt jurantes, cogi possunt *c. Debitores 6. h. t.* Quamvis enim recipiens usuram turpiter & illicitè faciat, eas accipiendo, nihil tamen peccat, qui eas solvit, ad quas, mutuum sub usuris ex causa necessitatis fortassis accipiendo sub juramento se obligavit. Quin imo, etiam si Mutuatarius promittendo sub juramento usuram, fortassis peccaverit, taliter jurando, mutuum scilicet, taliter petendo, sine

ulla necessitate, aut utilitate, vel alterius ad usurarium tale mutuum inducendo, manet tamen adhuc ex juramento obligatus, ad solvendas usuram, cum juramentum tale, quamvis illicitum fuerit, non sit tamen de re illicita, quæ sine peccato impleri non potest, cum ex parte dantis usuram non sit turpitudinis, sed ex parte recipientis tantum, qui, quæ sub juramento sibi promissa sunt, remittere potest, & si non remittat, quamvis mutuetur, alter tamen, qui ut reverentiam juramento servet, eas solvit, nihil delinquit, neque ullo modo alterius in peccato acceptioni cooperatur, cum quod solvit, faciat ex causa justa & rationabili. Creditor, qui usuram tales accipit, per censuram etiam Ecclesiasticam compelli potest non tantum ad remittendum mutuum, sed ad solvendas usuram, ut dicitur *c. Ex administrationis 1. h. t.* (Cum nullum jus sive dominium ad usuram acquisitum illi fuerit, sine titulo eas accipiendi) & statim eas repetere possit per conditionem siue causam, quæ eas solvit; quo remedio si uti noluerit, solvit usuram, potest petere, ut compellatur Creditor, ad relaxandum mutuum, modò petitio talis fiat intra tempus solutioni præfixum nondum finitum, cavendam perjurii notam; vel potest accipere contra Creditorem, si in iudicio de solutione facienda conveniatur, potest ipse iudicis etiam secularis officium implorare, ad remittendum tale juramentum, sine quo remisso, ad solvendum saltem momentaneam facienda obligaretur, non quidem ex iustitia, sed ex religione juramenti.

Juramentum verò de non repetendis